



Wiener Stadt-Bibliothek.


T 12059 A



Turris
Vieennensis ad turris
Argentinensis







654

*RESPONSI*O
T U R R I S
VIENNENSIS,
AD EPISTOLAM
TURRIS
ARGENTINENSIS

Nuperrime
Ex scrinio remotioris Amici
ad hanc viciniam
delata.

Anno Christi
M DC LXXXIII.



Jlm



T U R R I S
A R G E N T I N E N S I S
V I E N N E N S I
Salutem!

ET si oppidò semper cre-
debam fore, ut quemadmodum
Tu Germaniæ adversus Turcas,
ita ego contra Gallos speculæ loco ser-
vire, & quod Tibi olim, sicut accepi,
fidelitatis tuæ causâ, Turcicæ Lunæ
insigne gestare contigit: Ego non mi-
nus Lilium Urbis alumnæ meæ, de-
victæ magis, quam vietricis Galliæ de-
cus, fronte præferre possem, quando
haud ita pridem Imperatorem & Ar-
chi-Ducem tuum Stosserum nostrum
Lilienfeldio nomine, & liliatâ Coro-
nâ, ob rem benè gestam & servatos ci-
ves, decorasse fama erat. Enimverò,
prout fata sunt, à Turribus initium fie-
ri, non tantum meo exemplo doceri
debes, sed & olim Babylonica Turris
Gentium & Linguarum confusionem

ostendit, & à Siloë turri per mulierculam Rex occisus est, & jam pridem notant Onirocritici, sub somnio Turris magnorum Principum conditionem notari. Ut verum fateat, nobis Turribus præcipuum periculum à ventis & turbinibus est ; Mihi ab occidente clades fuit, scilicet inde, quò crux mea se vertit ; tibi notus nodus est, imò per ignotos notus, & inde forsitan, quò tua se Luna. Unum est, quod tibi clam scribo, sicut Argentina mea Argyran- chen habuit, tuæ perditionis futuræ, tanto magis mihi argumentum est, quod Principes tui Aulici eodem plane morbo laborent, & nuper, nî fal- lor, Seppevillius ingentem summam numeratam proditori tuo exsolvit. Me miseram ! Ego tot gradibus te sub- limior infortunium meum prospicere haud quivi, sed superiorem Episco- pum & Inspectorem habuit, tu id quin possis, haud minus ex alto prævideo. Itaque Episcopos verere non sobrios tantum, sed & ebrios, non prudentes, sed & stolidos, qui non Austriae mo- do perdunt, sed cum Austria Hunga- riæ & Germaniam, absit omen ! Et
haec-

- 690 - 690

haec tenus sub servitute labore: tu sub
qua imposterum debeas, tempus o-
stendet. Ea enim jam nostra Turri-
um conditio est, ut, cum olim domi-
naremur, nunc servire incipiamus.
Hoc pro certo habeas, Virum sum-
mum Astrologum, qui haec omnia ex
me astroscopio prævidit, Austriae tuæ
subsequentem annum fatalem fore,
prænunciassé, adeò ut verear, nisi
propere rescribas non, tantum soci-
andi, occasionem superfuturam. Va-
le. Dabam postridiè occupationis
meæ, anno libertatis ultimo, servitu-
tis primo.

Tua olim socia, nunc vicina,

TURRIS ARGENTINENSIS.





TURRIS
VIENNENSIS
ARGENTINENSI

Salutem reciprocam.

Biennium est, & quod excurrit,
quo ad Tuas Tibi respositionem de-
beo, nec hactenus siluisse, nisi mihi
cum Fatis, quæ animo, nescio quo, mihi omi-
nata eras, variè conflictandum fuisset ; Sub
ipsa autem ominosa hac rerum serie, tu potius,
si non meo recenti, tamen superiorum Exem-
pli doceri debuisses, Constantiâ & Fidelita-
te omnia adversa quanta ! quanta sint, vinci
posse. Ipsa quidem in limine Epistolæ tuæ
ingenuè fateris , quemadmodum mearum
partium sit , Germaniæ adversus Turcas : ita
Tuarum , contra Gallos speculæ loco servire,
& Te fidelitatis tuæ causa lilyum Urbis , de-
cuss olim devictæ Galliæ , hactenus fronte
prætulisse ; quanta autem fronti, nisi animus
in pectore præsens se dignum hoc charætere
reapße, & quidem in dubijs & incertis magis,
quam tranquillis temporibus ostendat , sit fi-
des , in vulgus notum est. Ea demum veræ
fidelitatis laus, potius mortem subire , quam

ma-

450 7 450

malum irreparabile Patriæ inferre; præser-
tim cùm constans & unanimis omnium ge-
nerosorum Vox sit, *nil dulcius esse, quam
pro patria mori;* & omne discrimen & peri-
culum pro illius salute & religionis libertate
certatim appetere, adeo ut illorum Philoso-
phia: si nempe manifestum sit periculum,
non teneri quenquam in gratiam alterius id
subire, non immeritò effeminatione vocanda
sit; longè senior aliis mens, & justior so-
cietatis humanæ, & exinde derivatae obliga-
tionis æstimator Tuus non ita diu fato fun-
ctus Academiæ Præses, dum scribit: *Quan-*
do urbs aliqua ab hoste, quid dicam de vi simu-
lata, obseffa aut impugnata, non dubitandum
est, quin obligata sit suæ civitatis corpori ad resi-
stendum hosti, & vitandum alienationem, donec
ulla spes conservandæ, suaq; repugnando super-
fit; Hi enim, qui in acie amittuntur, & pro
Rep. cecidere, in perpetuum per gloriam vi-
vere intelliguntur. Onirocriticorum obser-
vationem, sub somnio nostrarum Turrium
magnorum Principum conditionem signifi-
cari, adeò non impugno, ut potius illud con-
firmem, & in Te hoc maximè desiderandum
& dolendum esse dicam, quod conditiones
Tuæ ob Terriculamenta, quæ constantis ani-
mum mutare haud debeant, tam levi consi-
lio & motu tam lubrico oblita fueris; Mu-
ulta tibi non permittebat opinio de constanti-
oribus civium Tuorum moribus & mœnibus;
multum à Te nostra Germania, utriusque fida

450 8 450

Parens, expectavit; Et quia jam ante sesqui-
mille annos à primis Romanorum Cæsaribus
procreata, subsecutis Imperatoribus & Re-
gibus exulta, & tam lautè dotata; Tibi non
licebat quicquam contra libertatis, tot vigi-
liis multis retrò seculis servatæ, inæstimabile
preium, facere; Magna fortuna & tot gra-
dibus me major sublimitas Tibi magnam
quoque personam imposuit, hæc animosita-
te & fideliori cura in patriæ securitatem & de-
cus, ne nunc omnium ora in te converteren-
tur, & tot sinistra hominum judicia & minus
gloriosa audienda, tuenda fuisset. Sane quic-
quid exceptione necessitatis tibi ignoscen-
dum putas, id hoc unico, quod nemo Tibi
sic timere perniserit, & tali metu jus Patriæ
non tollatur, rejicitur. Haud me latet qui-
dem, magnarum consternationum hanc esse
indolem, ut non patientur ad illud respicere,
quàm quod tanta circumstantia animum oc-
cupavit, præsertim ubi urgentius malum est,
quàm quòd mitti in consilium cogitationes
sinat; ast dum fama non vaga, sed autoribus
certis ad me delata, quod conniventibus ali-
quot Ammeisteris Tuis vicini Regis Sagaci-
tas præsidiarium Cæsaris militem non alia in-
tentione à Tuis mœnibus remotum volebat,
quàm in nota fabula *lupi pacis causa canes sibi
tradi* postulabant; quid quod etiam hoc ali-
unde satis constat, quòd propinato Gallico ex
argento vivo & auro corruptibili confecto
philtro primi Urbis Tuæ Administratores ad-
eo mente & ratione omni orbati fuerint, ut
pere-

00590 0 00590
peregrinum omnium bonorum tam mobiliū
quām immobilium , fortalitiorum , ærarij , &
armamentarij , paucis relictis civibus Tuis
libertatis simulacris , hæredem scripserint ,
qua de causa non possum non tandem morbi ,
quem diu sagaciōres in Te curatum volebant ,
contagionem suspicati , eoque magis à Tui
consortio cavere ; præsertim cùm alterius
mali non minus periculosi , scilicet argyran-
ches , Tuæ perditionis causam fuisse , literæ
tuæ spontanea confessione indicent , in hoc
autem iniquo judicio ex Tuis depravatis mo-
ribus formato uteris , quòd meorum quoque
aulicorum mores , & quasi imitatio alienæ
culpæ innocentia vocanda sit , promiscuè sug-
gillare haud vereâre , cum Legibus , quæ salu-
tem publicam pro summa Lege præscribunt , non
malis exemplis , vivendum esse , nemo non iu-
feriorum civium Tuorum noverit . Seppe-
villium ingentem summam numeratam pro-
ditoribus meis Hungaricis exsolvisse , & sub
charactere Legati Christianissimi , minus
Christianæ , quin statui meo periculosisima
consilia & quidem intra parietes meos agitasse ,
nemo , nisi cui felix Icelus virtus vocatur , pro-
babit , si liberè loqui licet , & famæ creden-
dum , non tibi solum ab occidente clades im-
minebat , sed & mihi turbines & insidiæ in-
dies inde adhuc parantur , notus Tibi nodus ,
& nota nimis ex recessibus Imperij de anno
1544. memoria , quæ ipsum Christianæ Reip.
hostem , hoste illo dexteror ad arma excitavit ,

autem fore, ut non minus versus occidentem,
 quamquam remedium morbo pejus adhibere,
 & infidelitas arma contra fideles provocare
 nunquam non impiissimæ vindictæ notam
 meruit, diffiteri non queo, quod inter fœva
 hæc mala constituta, in primis arctissima tot
 millium crudelissimorum hostium obsidione
 tam diu cincta, ex alto omnia infortunij mei
 & hostis prementis mala numerare non po-
 tuerim; ut nunc taceam aliorum vicinorum
 clandestina iniquè foventium & de rebus me-
 is quasi desperantium prava jam meditata
 consilia, profundioresque in pejus cogitatio-
 nes, donec tandem *in melius omen* mutatum,
 & singulari Dei omnipotentis auspicio, quan-
 quam Te aliquot gradibus inferior, in hoc
 tamen felicior, ex sublimi antiquam Germanorū
 virtutem reviviscentem cum confœderatis suis certatim & victoriosa manu pro
 me pugnare non vidi modo ipsa, sed & in eo
 maximum fidelitatis meæ præmium accepi,
 quod obsidentium turba strenue fusa ad me
 prisca gloria rediit.

Quis proinde mecum duces & milites at-
 vis suis dignos non summo honore coronet;
Quis Arioivistum, Witekindum, Carolos, Ot-
ttones, Fridericos, Rudolphos, Maximilianos
 & Ferdinandos, ut & alios non minori gloria
Posteritati commendatos Principes quasi re-
 suscitatos esse dubitet? Omnes immarcessibili-
 lem gloriam hac occasione meruisse, quis non
 pleno ore prædicare, & nostris annalibus in-
 scri-

4590-11-4590

hostem , hoste illo deterior ad arma excitavit,
scribere mecum gestiat ; Præsertim cum jam
jam parata servitutis vincula mihi non amplius
timenda , sed prout nostra turrium conditio
poſcit , aliis imperare , & integra libertate frui
queam ; Tu , sub qua imposterum laborare ser-
vitute , aut nunc à meis Heroibus propter vin-
dicatam , prout opto , libertatem , novum fo-
latium ſperare debeas , tempus oſtender . Alias
non Tuos modo Episcopos , ſed & alios tum
ſobrios , tum ebrios , prudentes & ſtolidos ob-
infidelitatem , qua nobilior Alſatiæ pars , & tu
ipsa ſub jugum ſervitutis redacta , verendos eſ-
ſe , ne pestilenti quaſi fidere & alios adhuc fide
integros afflent , antè ſciveram , quām ut fa-
gaciori remedio huic malo in tempore occur-
rere licuerit , nec , ſine magnō proh dolor !
damno cum hiſ imposterum cautius mercan-
dum eſſe didici ; cæterum tu contra pro cer-
to habeas , ſi astrologorum ludibrio mihi non
minus , quām tu feceras , abuti licet , Virum
in hac arte percelebrem M. Fr. ſcilicet , mihi
hunc iplum annum , hoc iplu mense , inter ad-
versiſſima ad ſecunda fatalem , quicquid ex tuo
astroscopio alii peregrini amoris philtro cor-
rupti male augurando deliraverunt , prænun-
ciasse . Adeò omnibus humanis divina po-
tentia prævalentior .

Plura Tibi Tuisque , quamvis mea reſcri-
pta tarditatis & noxiſ lentoris accuses , reſcri-
berem , niſi Tibimet ipli jam plura innotesce-
rent , & quandoquidem innotuerunt , ſpero

au-

4556 12 4556

autem fore, ut non minus versus occidentem,
quam orientem magnus & glorioſiſſimus meus
Induperator viii vi, caniculos aperto Marte,
amicum hostem ut iniamicum, & fidem inſi-
diosam Germanica fide expellere valeat.

Claudiam Claudi ani omnibus in ſublimio-
ri fortuna politis necelatio monitu:

Desinat elatis quisquam confidere rebus,
Instabilesq; Deos & lubrica Numina diſcas.

Dabam poſtiid è liberationis meæ, anno vi-
etoriâ inuigni celebri, periclitatae & mox vin-
dicatae libertatis primo,

Jure societatis & Imperij ita Tibi & Tu in-
viciem mihi conjuncta, ut facto & ausu
propriè ſine meo praefcru alijs Te jungere
ut ſcia non pofueris, interm tamen Tua
in hac & meliori fortuna vicina officio-
ſiſſima,

TURRIS VIENNENSIS.

